



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 10. Præteritorum criminum venia omnibus concessa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](#)

**Sæcul. XVI.** modo Colinio Maris Præfecto satisfac-  
A.C. 1560 ret, quæ tamen injuriæ reparatio haud  
 in alio consistebat, nisi quod in horum  
 comitiorum fine orationem habere, ac  
 declarare juberetur, quod Præfecto  
 injuriam inferre nequaquam molitus  
 fuisset.

Sub idem tempus adhuc aliæ exorie-  
 bantur querelæ adversus Guisios Prin-  
 cipes; quippe Burgundiæ, & Delphi-  
 natus, quibus Provinciis Guisius, &  
 Aumalius eorum frater præerant, Ordinum  
 Deputati petebant, ut, quoties  
 sermo de Guisiis incideret, ipsorum  
 perinde, ac Regiæ stirpis Principum  
 honorifica haberetur mentio, idque ipsum  
 exequi Rupifortio præciperetur: cum  
 vero id a potiori Nobilitatis parte ne-  
 garetur, indignati Principes Guisiani  
 eos, qui intercedebant, seditionis ex-  
 iræ vehementia appellaverant, qua de-  
 re e nobilitate plerique apud Cathari-  
 nam Reginam Matrem questi, pro om-  
 nibus verba faciente Joanne Raguierio  
 Sternæo Cathalauni Vice-Domino, hoc  
 tantum responsum retulere, id a Gui-  
 sianis Principibus duntaxat in eos dictum,  
 qui contra Regiam Majestatem aliquid  
 moliti essent.

§. X.  
**Præteriorum criminum venia omni-  
 bus concessa.**

Pott

Post hæc a Rege Præsulibus injunge- Sæc. XVI.  
A.C. 1560.  
batur, ut se ad proximum Conci-  
lium, quod Tridenti indictum erat, in-  
struerent; mandatum insuper judicibus  
per præfecturas, ut vinclatos ob Religio- Thu. l. 27.  
Belef. l. 6.  
cap. 92.  
nem solverent, iisque bonorum ab ean-  
dem caussam ereptorum liberam posses-  
sionem relinquenter: nec minus cunctis  
præteriorum delictorum oblivio indul-  
gebatur, a qua tamen gratia Ambasianæ  
conjunctionis Duces excepti fuere:  
Carnutensis tamen Vice-Dominus li-  
bertatem recuperabat, verum paulo  
post nonnisi decimum octavum ætatis  
annum agens fatus est.

### §. XI.

*Regina Gubernatrix, Navarræ au-  
tem Rex supremus Regni Præ-  
fetus declaratus.*

Demum cuncta, quæ circa Regni ad-  
ministrationem servanda essent,  
disponebantur, ac inter cetera sancitum.  
I. Urbium Gubernatores præprimis cum  
Navarræ Rege paciscantur, hic vero  
hac de re Reginam certiorem faceret,  
ut postea hoc negotium in Senatu agi-  
tari posset. II. Horum Gubernatorum  
literæ statim Reginæ tradantur, hæc  
vero illas præ ceteris prior perlegat.  
III. Omnes epistolæ, priusquam Rex  
illis subscriptis, prius a Reginæ ejus Ma-

Mm 4

tre